

sed verum decus iis addentes atque ornamentum,
memor beneficiorum certatim in me collatorum,
chartaceum munusculum hoc offero, in grati animi
τεκμήριον, meorumque studiorum commendatio-
nem. Accipite illud fronte benignâ, acceptum boni
& æqui consulite, favore & beneficio patres ut fuistis,
ita esse pergite caritate, quâ patres liberis dediti esse
solent.

DEUS, cui res sacrae curæ, **VOS LUMINA**
ECCLESIAE PATRIAE fulgentissima, Nestore-
os servet in annos augmenta salvificæ religionis, or-
namenta patriæ.

Dabam Jenæ VI. NON. Maji. ANNO
M DC LXIII.

Vestrarum,

Pl. Reverend. Clar. Amplitud.

cultor

addictissimus

Autor.